

Si emptor dominij directi moriatur, superflite venditore, non petet vasallus ab herede emptoris investituram, quia prior sufficit. fol. 266. n. 672.

Renovatio Investitura ultrò petenda est vasallo vel successore, nec exspectanda Cittatio. fol. cod. n. 673. Soli immediati, ad quos feudum aliquo modo pertinet, petere debent investituram. 674. Cui accrescit alterius non investiti pars, non tenetur renovationem investiture petere, si jam ante in sua parte fuit investitus. 675.

Puberrati proximus non tenetur sub pena cedutatis petere investituram ante completem decimum quartum annum, fol. 267. n. 676. In feudo individuo excusabitur major intuitu minoris ob neglectam petitionem renovationis. n. 677. Quatuordecim annorum etas etiam feminis conceditur. cod.

Quamvis derigore posset renovatio per procuratorem peti, si tamen ex rationabili causa requireretur vasalli presentia, deberet comparare, & consuetudo habet, ut ipse compareat. fol. 267. n. 678.

Petenda est renovatio ab immediato domino, etiam pupillo, sicutem ab illo, quem suo nomine dominus constituit. Idem dicendum de subinventito. fol. cod. n. 679.

Si plures sint immediati domini, sufficit peti renovationem ab uno, quem ipsi elegerint, vel si non eligunt, quem vasallus eligit. fol. cod. n. 680.

In Imperio confundendo habet, ut pro instrumento renovationis aliquot floreni, non quidem domino, sed Cancillaria solvantur. Jure-Bavarico 7. fl. 14. fr. fol. cod. n. 681.

Posset renovatio fieri etiam extra territorium Domini, sed perenda est in loco consueta habitacionis, aut si non procul ab sit. fol. 268. n. 682. In specio jurevident testes, saltem extranei, requiri, cod.

Ad petendam renovationem indulgetur paganis annus & dies, militibus annus & mensis. Intra quod tempus tenetur nihilominus vasallus ad servitiam. fol. cod. n. 683. Incipit tempus currere à die Scientia, quod feudum sit apertum, & ei continuum etiam quod dies feriatis, sed tamen usque. n. 684. Non potest Vasallus, de rigore juris, purgare moram celeri satisfactione. n. 685. Si dominus perentem vasallum negligat investire, non videtur propterea cadere iure dominii, quamvis hoc plures petent: quorum autoritatē si defendunt est, incipiet domino tempus currere à die petitae renovationis. n. 686.

Si vasallus intra hec tempus moriatur, successori redintegritur. fol. 269. n. 687. Anidem dicendum, si dominus intra illud tempus moriatur, committere afferitur, etiū dubitari posset. cod.

Si ob iniurias non potest Vasallus tuto adire dominum, non tenetur Renovationem investitum petere per Procuratorem, nisi iniurias culpā

Vasallus contracta essent, quo tamen casu non tenetur cum periculo in propria persona adire. fol. 269. n. 689.

Minor potest neglectā petitione juvari per Restitionem in integrum. f. 280. n. 690.

Si Vasallus privatus esset feudo ob neglectam petitionem ex communī errore, quod Dominus esset mortuus, qui tamen postea compararet, esset postea restituendus: quia contemptus affecti vus non sufficit. f. cod. n. 691.

Si feudum sit hereditarium, Vasallo incipit tempus primitum currere post aditam hereditatem. f. cod. n. 692.

Pendente electionis iure post defunctum dominum, v.g. Regem vel Praelatum, tempus Vasallo non currit, cod.

Quodvis feudum, & contra quemvis, praescribit tempore immemoriali. Contra verum Vasallum tempore ordinario, vel Ipatio 30. anno. Praescriptio contra verum Vasallum in feudo hereditario nocet filii Vasalli, non item in feudo ex providentia, quod etiam post 80. annos revocari potest. Habens titulum à domino feudi, praescribit feudum contra dominum tempore Ordinatio, habens titulum à Vasallo, 30. annis contra dominum. f. cod. n. 693.

Feudalis Fidelitas inter Vasallum & Dominum.

Juramentum fidelitatis non obligat ad servendum domino in casu, quo Pictas vel alia virtus prohibet obsequium praefatay. v.g. contra parentes: quamvis non repugnet, licet in fieri huiusmodi obsequium salvā pietate. f. 271. n. 695.

Si quis habeat successivè feuda à diversis, prior est preferendus ex communī opinione, quamvis defendi possit, neutrū alteri preferendum. fol. cod. n. 696. & f. 272. n. 703.

Contra sanguine junctos non videtur obligare juramentum pro casu, quo quidem leita essent obsequia, sed adeo naturali affectui repugnantia, ut moraliter esset inobligabile. f. cod. n. 698.

Obligationes Vasallii reducentur ad sex, que his verbis indicantur; Incolumē, Tūtū, Honestū, Utile, Facile, Possibile. f. cod. n. 699.

Vasallus debet etiam pro viribus impeditre, ne dominus ab alijs lassatur, & servire debet eidem etiam offensive se habenti. cod.

Obligatur Vasallus, etiam non expressa obligationum mentio facta esset, nisi expressè remittatur. f. 273. n. 700.

In privata rixa, tendente ad privatam vindictam, aut in illico scuello, non tenetur assistere & juvare. cod.

Teneret juvare dominum sua defendantem etiam extra territorium, modò bellum geratur remoto à possessionibus vasalli. tenetur etiam propriis impensis, si feudum sit pingue, & bellum non geratur procul. fol. cod. n. 701.

Vasallus

Vasallus Vasallus debet suo immediato prestare servitia, etiam si dominus principalis bellum gerat. Vnde vi. f. cod. n. 714.

Habens Feuda à diversis, simul tamen servitia requirentibus, tenetur singulis servire si potest, secus, antiquiori: si hoc non constet, primò requiri: si simili requirant, magis indigo, aut cuius feudum pinguis est. fol. cod. n. 702.

Si plures Vasallii ejusdem feudi sint, & servitum dividuntur, quivis pro rata servitum debet: si dividuum, eligent unum idoneum, qui omnium nomine exhibeat. fol. cod. n. 704.

Fuedo ipsi domino oppignorato & tradito, liberatur Vasallus à servitiis. cod.

Non ad servitia cum certissimo vita periculo proxime coniuncta, fol. 274. n. 705.

Casu quo dominus indiget servitū, nec tamen potest Vasallus requiri, tenetur Vasallus ea praestare etiam non requisitus, alioquin est requirendus, & quidem tribus vicibus, ut in mora constituantur, & insuper indulgediam tempus se prandii. cod.

Si Vasallo nimis difficile foret in propria persona ea praestare, liceret per subfuturum. Quodsi minus habilis mittat, non committeret feloniam, nisi dominus contra protestetur. cod.

Si Vasallus maluerit dimidiā partem reddituum illius anni praefare, non tenetur ad alia servitia. f. 274. n. 709.

Ut contra praestanda servitia prescribatur, necesse est, ut dominus requiriverit, & Vasallus bona fide non praesriterit, vel dominus alios Vasallos vocaverit, non item hunc intra 30. annos. f. cod. n. 710.

Si Vasallus servia longissimo tempore non totā integrat, v.g. solū cum duobus equis, cum debet cum 4. praescribit libertatem, si dominus ignoravit sibi deberi cum 4. equis servitum: si verò ideo non requirivit, quia non indigebat, & Vasallus praesit, tanguam partem obsequij debiti, nihil praescribit. cod.

Dominus merenti stipendium militare apud alium, non tenetur Vasallus servire. f. 275. n. 711.

Licitum est Vasallo fugere in prælio, si alioquin certò occendus est, etiam ex occasione hujus fugae Dominus interficiatur: sed casus est vix possibilis, cum teneat subire commune periculum cum domino, eod. Fugiente domino in prælio, licetum est etiam vasallo fugere: non tamen sub praetextu, quod per suam fugam non augetur periculum domini. f. cod. n. 712.

Tenetur Vasallus arcere inimicos domini, hospitium illis denegare, ab eorum & suis inuidine absistere, illis per le suosque manere. f. cod. num. 713.

Vasallus non tenetur Dominum egentem alere, aut captum redimere, nisi propter Vasallum ad inopiam redactus esset: & tunc tenetur solū ex fructibus feudi. cod.

Vasallus non potest contra dominum instituere Actionem famosam, bene tamen Interdictum, Vnde vi. f. cod. n. 714.

Sine sufficienti fundamento afferitur, quod Vasallus teneatur conferre ad dotandum filiam domini non habentis, unde dote. f. cod. n. 715.

Tenetur Vasallus domino concedere servitum Itineris & Via per fundum feudalem ad fundum domini absque pretio, si aliter non possit sine incommode pervenire. f. cod. n. 716.

Vasallus tenetur domino petenti non solū Investituram & titulum possessioñis exhibere, sed etiam fines & terminos indicare. f. 276. n. 717.

Vasallus tenetur dominum transeuntem hospitio excipere, & virtualia pro pretio dare, nec licet exigere vestigial. f. cod. n. 718.

Dominus econtra tenetur Vasallo auxilia praestare, abstinere ab accusando (nisi Reipublicæ bonum exigat) aut testimonium exhibendo, aut advocando. &c. f. cod. n. 719.

Dominus non potest invito Vasallo proprietatem alienare. f. cod. n. 720.

Feudorum acquisitio per Successionem & Jus accrescendi.

Ab initio nulla dabatur in feudo successio, potest moribus & legibus introducta & extensa. Non haber locum in feudis personalibus. In feudis Regalibus etiam successio introducta est, exceptis personalibus. f. 276. n. 721. & seqq.

Successio in feudo ex Providentia est singularis, in hereditario universalis. f. 277. n. 722.

In feudo hereditario nec filius nec agnatus potest repudiata hereditate succedere. Filius autem non quidem in feudo ex Providentia potest succedere repudiata hereditate, ob reverentiam patri debitam. f. 277. n. 724. & seqq.

Ex feudo hereditario tenetur Vasallus etiam confessio inventario ad solvendum ex alienum, si alodium non sufficiat. Quod etiam procedit in feudo mixto, in quo soli masculi succedunt. fol. 278. n. 729.

In omnibus calibus in quibus habet locum Jus accrescendi, post portionem jam semel acquisitam & amissam, multò magis habet locum Jus accrescendi ante portionem acquisitam. f. 279. num. 730. Si gratia promissa est feudum, Jus accrescendi locum non habet ante portionem quæsum, bene tamen, si pro pretio competente. n. 731.

In feudo novo regulariter & per se loquendo non est locus juri accrescendi, sicut nulla est lateraliū successio: nisi in ultima voluntate pluribus conjuncti certa res iure feudi legata esset; vel in investitura concessum esset, vel nisi res dividū pluribus cædem formulā concessa esset: sed tunc ultimam portionem accrescentis domino solvenda est. f. 279. n. 732. & seqq.

In feudo antiquo locus est juri accrescendi, quamvis succedens cædem portionem simul etiam jure

jure successionis acquirat. fol. 280. num. 731.
Feminae regulariter non succedunt ab intestato in feudo. Ex feudo tamen pure hereditario debetur filiabus legitima: non item ex feudo mixto, sicuti concessum est. f. 281. n. 738. & seqq. Nec nec ex feudo ex pacto & Providentia seu novo feudo antiquo, gratis concessio. f. 282. n. 740.

Ex feudo empto pecunia patris pro filiis, stetentur filii sororibus conferre astimationem in legitimam, si major pars substantia paterna in emptionem feudi conversa est, ut propterea filia legitimam habere non possint. f. cod. num. 741. & seqq.

Ex feudo feminino legitima debetur, si filii aequaliter cum filiis succedunt, si vero non nisi in defectum filiorum, & sicuti concessum, non debetur. f. 283. n. 745.

Si nulla hereditaria bona existent, aequum, & usu receptum est, ut alimenta & dosex feudo filiabus confirmantur non solum à fratre, sed etiam à quovis agnato, imò etiam à domino, casu quo feendum aperiatur. cod.

Ad successionem nullus admittitur, nisi ex primi requirentis sanguine legitimè prognatus. Unde excluduntur adoptivi, illegitimi, & ex his descendentes etiam legitimi. fol. 283. n. 748. Neque legitimatio Principis per rescriptum prodest, sive ante five post acquisitionem facta, nisi adhuc ipsum finem fieret, exigente bono publico, & ex plenitudine potestatis. n. 749. De legitimatis per subsequens matrimonium, praxis habet, ut succedant. n. 750.

In feudis per se loquendo non succedunt iniunctae ad obsequia praestanda, nisi post ius jam quasitum tales evasissent. fol. 284. n. 751.

Clerici in sacris constituti, inspecies Juribus, a successione accentur in feudis non hereditariis, sed consueto habet contrarium, modo per alium præstenti servitia. Religiosi capaces domini non excluduntur à successione & retentione feudorum, Professionem emitunt. fol. cod. n. 752.

Infames non succedunt in feudis habentibus annexam dignitatem, bene tamen in alijs. fol. 285. n. 753.

Descendentes succedunt, sive sui sive emancipati, sive ex eodem sive ex diverso matrimonio nati, sive exhereditari, sive præteriti. fol. cod. n. 755. Confanguinei non excluduntur à Germanis. n. 757. Neque excluduntur justè exhereditati, quia non est necesse, esse hæredes, nec enim repudiant hereditatem. fol. 286. n. 758. & seqq.

Si consuetudo aut statutum habet, ut filii secundi matrimonij contenti sint cum Morgengeba, non succedunt in feudis. fol. cod. n. 760.

Fili succedunt in capita, Nepotes vero in stirpes, etiam soli succedant. Regalia tamen non dividuntur, sed solus Primogenitus succedit. fol. cod. n. 761.

Probabil-

Si habens Regale feudum, relinquit ex primo genito Nepotem cum secundo genito, Nephos ob ius representationis præfertur. fol. 287. n. 762. & seqq. Jus representationis in infinitum extendit. n. 761.

Ascendentes non succedunt in feudo in defectum descendantium, nisi in uno casu, nempe si pater in favorem filii feodium refutaverit, & filius ante patrem sine descenditibus succederet, tunc enim feodium ad patrem revertetur. fol. 288. n. 767. & seqq. & filii defuncti frater à patre excludetur. n. 770.

In contracta feudal nomine Filii etiam Nepotes veniunt. fol. 289. n. 771.

Collaterales non succedunt in feudo novo quæ novo, si tamen concessum est ut antiquum, succedent. fol. cod. n. 772. Unde si duo fratres simul investiti essent, uno sine liberis defuncto pars ad dominum rediret. cod.

In feudis antiquis collaterales succedunt in defectum descendantium, sed non nisi per lineam inafrustinam conjuncti, & ab eodem patre progeniti. fol. cod. n. 223. Primo loco veniunt fratres tamen germani, quam confanguini, & si soli sunt, in capita, si vero cum fratribus filii concubant, isti succedunt in stirpes, & jure representationis. n. 774. Si nulli fratres super sint, sed Nepotes fratrum in numero aequali, usu receptum est, ut in capita succedant. cod. Nepotes excludunt patrinos Vafallus defuncti, hoc est, si avi fratres. fol. 290. n. 775.

Deficientibus fratribus, eorumque descendantibus, reliqui agnati linea & gradu proximi admittuntur, etiam illi qui ascendentum loco sunt, ut patruus magnus. fol. cod. n. 776.

Agnati non quomodo cuncte sanguine proximi, sed qui linea proximi sunt, exclusi alii aequaliter tangue propinquis, sed alterius linea, succedunt. fol. cod. n. 777.

At in gradibus computandis computatio Canonica ac Civilis sequenda sit, consuetudo inspicienda est. Opinio communior sit pro computatione Juris Civilis. fol. 290. n. 778. Conflitudine Germania receptum est, ut Collaterales in infinitum admittantur. f. 291. n. 780.

Feminae succedunt in feudo feminino ex ipsa feudi hujus natura & qualitate. f. 291. n. 781. Non bene tamen hoc extenditur ad illa feuda, quæ à femina domina masculo conceduntur, quia præsumunt non voluisse à propria feudorum natura recedere. Neque etiam est extendendum ad feudum francum: neque ad feudum conditionatum. Neque ad feudum emptum de jure communis, bene tamen de jure Savarico. f. 292. num. 782. & seqq.

Imo feminae non succedunt in feudo feminino nisi deficientibus masculis vixando feliciter ex feminis primò accipiente, nulli amplius masculi extant. f. 293. n. 786. Quod verum etiam est, etiam in Investitura dictum est: Pro masculis & feminis.

Probabiliter tamen equaliter succederent, si dictum esset: Masculi cum feminis. n. 787. Denique præferrentur Masculi, etiam si feodium jam superius ad feminas transiisset. n. 788.

Si duo fratres feodium novum acquisierunt pro se & hæreditibus suis masculis, & his deficientibus, etiam feminis, eo tenore, ut & fratres, aliquæ collaterales sibi invicem succedant, filii ex uno fratre descendentes alii fratrem ejusque hæredes masculos a successione in parte feudi paterni excludent. fol. 293. n. 789.

Femina semel admissa ad successionem, non repellitur à Masculo superveniente. fol. cod. n. 790 ubi vide casus. Femina semel exclusa perpetuo & exulta. fol. 294. n. 793. Non excluderetur tamen femina à Masculo, qui vel in partu mortuus, vel tali tempore status esset, ut vivere per rerum naturam non posset, vg. sexto Mense. fol. 295. n. 795. Neque excluderetur, si masculus feodium repudiat, aut ex alia causa illius incapax esset. Multo minus in feudo hereditario semel exclusa excluderetur perpetuo, si postmodum ad hæreditarem vocaretur. cod.

Ex testamento non succeditur in feudo non hereditario. Neque Princes posset hujusmodi dispositionem validare, nisi publica necessitas regirerit. fol. 295. n. 796. Statuto tamen vel confutidine posset hujusmodi successio introduci: item pacto alienandi adjecto investitura. n. 797. & seqq.

Facta potestate amplissimâ alienandi, posset tale feodium alienari jure allodijs: & hoc jus transferret ad heredes. fol. 296. n. 798. Secluso hujusmodi pacto requireretur præter consensum domini etiam consensus agnitorum in feudo antiquo, & eorum qui in prima investitura comprehensi sunt. n. 799.

De feudo novo ne quidem cum consensu domini posset pater testari in præjudicium filiorum. cod.

Feudum Ecclesiasticum non posset alteri Ecclesiae legari. fol. cod. n. 800. Nec valeres dispositio, etiam ea cedent in maiorem domini utilitatem, nisi consenseret. n. 801.

Feudorum Alienatio & Revocatio.

Alienatio feudi sine consensu Domini facta, est ipso iure nulla. fol. 297. n. 802. Etiam si Vafalus posset ex pacto alienare feodium etiam quod pro prietatem, non posset tamen sibi ipsi appropriare. fol. 298. n. 803.

Vafalus in extrema vel gravi necessitate altere indeclinabili, posset etiam invito domino feodium alienare, sicut posset accipere res aliadas. fol. 298. n. 804.

Si plures sint Domini, unum consensu requiritur, anquin pro parte eorum qui contempti sunt, feudum committeretur. fol. 298. n. 805. & fol. 305. n. 814.

Christ. Haun. Repert.

Facta potestate alienandi quoad totum, non licet alienare quoad partem. fol. 299. n. 806.

Prohibitio alienationis extenditur ad omnem Juris realis translationem. cod. ubi vide alienationum species. Pretium feudi illicite venditi aliqui adjudicant Domino, alij Fisco. cod.

Divisio Feudi Regalis est etiam prohibita alienatio, non item feudorum inferiorum, adeo ut nec pactum de non dividendo valeat: & si juratum esset à filiis, nepotes non tenerentur. f. cod. n. 807. Ad divisionem faciendam satis est ab uno provocari. cod.

Vafallus non potest in feudo constitutere filia, etiam si aliunde non habeat, unde doret. fol. cod. n. 808. Potest tamen uxor dare marito feodium in donem, quia dominium naturale manet penes uxorem, & hoc casu maritus præstat nominis uxoris Juramentum fidelitatis. cod.

Non potest Vafallus dare feodium in Emphyteusis ad longum tempus, etiam si videantur melius facere conditionem feudi. fol. 300. n. 809. Idem de alijs servitibus negandum est, præterim Jure Bavario. n. 810.

De Locatione ad longum tempus, que communiter dicunt alienationis species, plerique dicunt eam non licet, sed verisimilis est, eam licet. fol. 301. n. 812.

Oppignorare feodium Vafallo non licet, per se & regulariter loquendo. Potest tamen oppignorare domino directo, ita quidem, ut antichreli locutus sit. f. cod. n. 813. Item si necessaria esset opignoratio ad praefanda obsequia, nec posset consuli dominus, etiam licet alteri oppignorare ex tacito domini consenu. fol. 302. n. 814. Si cum consensu domini oppignoraretur, feudo ad dominum reverso maneret tandem obligatum, donec satisficeret creditoribus. n. 815. & seqq. Consensus domini extenderetur etiam ad ulturas solvendas, nisi exprestis ad fortem restrinxisset. f. 303. n. 818.

Probabilius nec Hypotheca valeret facta inscio & invito domino. fol. 304. n. 819.

In Oppignoratione omnium bonorum, sive ab homine, sive à lege facta, non comprehenduntur feuda. f. 304. n. 820.

Eriamini Dominus in alienationem consentiens omittat clausulam: Salvo iure dominij directi: non proprieta sibi præjudicat: fol. cod. n. 821.

Nunquam licet Vafallo ita transfigere de feudo cum alio, ut possessionem alteri cedat, bene tamen si vi transactionis feodium retineat, ut possessionem acquirat. fol. 304. n. 822.

Facta alienatione invalida ex defectu consensus domini, si cetera ad sint, potest tempore immemoriali præscribi, quia fundat præsumptionem tituli & consensus. fol. 305. n. 823.

M. Subin-

Subinfeudatus ut licet alienet, debet habere consentium non solum senioris, sed etiam subinfeudantis. fol. 305. n. 824.

Facta generali potestate alienandi, non censetur concelebra alienatio in illis casibus, pro quibus dominus verisimiliter in specie non fuisset concessurus. fol. cod. n. 825.

Facta potestas vendendi non extenditur ad alios alienandi modos; bene tamen apponi potest pactum legis Commisioriae. cod.

Si facta potestas alienandi non utatur Vafallus, ea non transit ad heredes. Sed nec potest ab heredibus domini revocari. fol. cod. n. 816.

Consensus tacitus consistens in scientia & patientia domini non sufficit. cod. specialis consensus in ipso contractu alienacionis non requiritur, si in Investiture praefixus est. fol. 306. n. 827.

Alienatio abfoluta sine consensu domini facta, non videtur per ratificationem alteri validari, quam quod nomine ipsius domini valeat, quia feudum est communis. cod.

Potestas alienandi non censetur restricta ad casum quo alodialia non superfluit, nisi alienatio fieret in fraudem domini. 306. n. 828. ubi casus.

Feudum licet alienatum non potest dominus Jure protimis eos repetere oblatio. prelio. cod. Alienatum consentientibus agnatis revocari ab his non potest. n. 829.

Quando vero feudum alienaretur presente & non contradicente agnato, non censetur consensus nisi in alienationem revocabilem tempore de voluntatis. fol. 307. n. 830.

Agnatis competit Jus Protimis eos, si feudum venditum est sine illorum consensu, sed eodem pretio, nisi expresse dixissent, se non emere. & Jus protimis durat per annum. fol. cod. n. 831.

Domino non licet, invito Vafallo, proprietatem alienare, ne quidem quoad patrem. fol. cod. n. 832. Oppignoratio tamen valere, si Spes esset Relutioonis. n. 833.

Confuetudo habet, ut cum tota Curiæ, Castra, Jurisdictiones, Comitatus, cum omnibus suis Iuribus & pertinentijs alienantur, vel ususfructus constituitur, Jura Vafallorum simul transirent. fol. cod. n. 834. ubi vide declarationem.

In Feudi novi alienatione non est locus nulli revocationi, sive sit hereditarium, sive ex Providentia, si constet, quod alienans voluerit prejudicare filii & agnatis, quibus needum Jus stabile est quatinus. Si vero non constet, censetur nullius filii præjudicare, sed solum ad tempus vita juxta cedere: In feudo antiquo & ex providentia semper locus est revocationi: si hereditarium,

tunc solum est revocabile, quando hereditas potest à feudo separari. Facta revocatione non tenetur revocans pretium emptori reddere, quia iure succedit. fol. 308. n. 835. Jus revocandi durat 30. annos, sicut aliae actiones à Jure introducta. n. 836.

Feudorum Subinfeudatio.

Subinfeudatio est actus, quo vafallus feodium vel totum, vel aliquam partem alij in feudum legitimè concedit. Germanice: Verstecken, quod potest Vafallus facere, sine consensu Domini, ejusdem conditionis personæ, cùdum lege, & sine fraude. fol. 309. n. 837.

Inter feudum Novum & Antiquum hoc est differentia, quod in novo, mortuo Subinfeudante sine heredibus successoriis, possit subinfeudatio feudum retinere, si velis servitia domino seniori præstare. fol. cod. n. 838.

Si pro Subinfeudatione acciperetur pretium ultra dimidiā partem valoris, censetur fraude actum: item si subinfeudaret cessante spe heredum acquirendorum. cod.

Ut Subinfeudatus sit ejusdem conditionis, sufficit, si possit æquè bene præstare servitia. fol. 310. n. 839.

Laxatis terminis in investitura non valet subinfeudatio quoad excessum, de reliquo valet. cod. Potest tamen terminos coarctare, & etiam plura servitia requirere. fol. cod. n. 840. ubi exempla.

Potest Subinfeudatio fieri in infinitum, nisi consueto obster. cod.

Subinfeudatio habet etiam locum in feudo Ecclesiastico. fol. cod. n. 841. Non potest tamen Ecclesia aut Civitas subinfeudari sine consensu domini, quia non reverteretur. cod.

Confuetudo habet, ut Vafallus feudum in Curte, vel in districtu Jurisdictionis possit subinfeudando alteri concedere. fol. cod. n. 842.

Pacto de nullo modo alienando, redderet subinfeudationem nullam, etiam si non esset expressa, quia aliquoquin nihil operaretur. cod.

Subinfeudatus acquirit dominium quoddam urile, sed aliquo modo subordinatum cum omni communitatum perceptione. Absolutè loquendo est Vafallus subinfeudans. f. 311. num. 843. ubi vide declarationem.

Subinfeudans linea finita, aut delicto, aut voluntate ejus feudo aperto, in effectu non alteri aperitur, etiam si subinfeudatus nolit debito tempore aut modo Domino offere, aut feudum ab eo recognoscere. fol. n. 844. ubi vide exceptionem in Jure Canonico. subinfeudatio laicorum in decimis.

Feudorum Refutatio, & Divisio inter Vafallos.

Refutatio Feudi est ejusdem Renuntiatio facta à Vafallo. Vocatur etiam Cessio. Et quidem propriè sit in manus Domini, impropiè in favorem agnatorum. f. 311. n. 845. Alijs fieri non potest.

Feudo novo refutato in manus domini, prejudgetum descenditibus. Feudo antiquo refutato, præjudicatur etiam agnatis, quādiu refutans est in vivis, eo mortuo devolvitur ad eosdem. cod.

Sive novum sive antiquum refutetur descenditibus, tenetur eos dominus investire. Item si refutetur feodium antiquum proximiōri descendenti ab eo qui primum feodium acquisivit. Quod si fieri remorior agnati absque consensu propinquioris, datur proximo facultas redimendi feodium restituī pretio, si quod pro refutatione accepimus est, & hoc intra annum, secūs, si gratis est facta. cod.

Potest autem fieri refutatio etiam invito domino, dummodo needum sit in necessitate Servitio-rum constitutus. f. 312. n. 847.

Mortuo eo cui est refutatum, v.g. filio ante patrem restantem, feodium revertitur ad patrem. f. 313. n. 848. Mortuo eo cui tanquam proximiōri est refutatum, potest revocare feodium, qui evadit proximus. cod.

Feuda possunt inter heredes feudales dividī sine consensu domini, etiam in partes aequales, immo possunt uni soli cedi. Hoc tamen non præcedit, si feendum primò & pro induiso concilium est, quia esset alienatio. f. 313. n. 849. Feuda majora dividi non possunt. n. 850.

In feudo novo non potest alteri fieri divisio quād in partes aequales. Si feudum antiquum dividatur in partes inaequales, fraus cavenda est.

Feudorum Amissio.

Jus ad Feudum acquirendum amittitur neglectu investiturae intra terminum præfixum, annum & diem, & quidem ex culpa. f. 314. n. 851. & seq. ubi vide causas excusantes.

Amititur etiam recusatione juramenti fidelitatis, item non præstante debita servitia. f. 315. n. 852. Item recognoscendo feodium ab alio quam à domino, nisi vel ingnorantia vel gravi metu exculpetur. n. 854. Item ob absum. n. 855. Item si Vafallus feudum abneget domino, vel ejus conditionem, vel pacta. cod.

Amititur item, si ejus contra formulam fiducitatis. f. 316. n. 856. ubi vide exempla. Item si

negaverit Domino facere justitiam sive respectu dominij directi, sive possessionis feudi, sive in causa criminali. n. 858.

Amititur etiam, si deferat suum Dominum, aut in carcere relinquat, non tamen si accusatur de crimen lese Majestatis, vel contra Rem publicam: vel si suam suorūmque injuriam prosequatur, vel ex officio teneatur, ut Fiscalis. fol. cod. n. 859. ubi vide casus.

Amititur etiam, inferendo Domino graves injurias reales, vel infideliā vita, sive per se sive per alium. f. 317. n. 860. Item alienando absque consensu domini quando es requiritur. n. 861.

Amititur etiam, violando uxorem domini, aut alijs libidinibus familiam ejusdem ferdando. cod.

Vafallus amittit feodium, si Subinfeudatus offendit dominum, nec, à domino requisitus, adiagat eum ad latifaciendum. f. cod. n. 862. Item, si filium offendentem dominum non adducat ad satisfactionem, aut à se separet. cod.

Denique potest Judicis sententiā feudo privari non tantum ex causis iure feudali expensis, sed etiam ex similibus, aut majoribus. f. 317. n. 863. & seq. ubi vide casus.

Si Vafallus Domino necem machinatus sponte desierit, non amittet feodium. Neque privabitur, si jure defensionis salvo moderamine occidit. f. 318. n. 865. Neque si dominum cum uxore sua deprehensum occidat. n. 866.

Vafallus privaretur feudo etiam ob verbalem injuriam atrocem, sicut ob famosum libellum. cod.

In dubio an Vafallus contraxerit amicitiam cum inimicis domini in ejusdem perniciem, presumatur pro Vafallo, donec dominus contrarium probet. f. 319. n. 867.

Habent feudum à duobus inter se bellum gentibus, si præstaret obsequia antiquiori domino, excusaretur ob sententia faventis probabilitatem; sicut etiam, si neutrī. item si utique mitret medietatem fructuum. f. cod. n. 868.

Non excusaretur Vafallus accusans dominum de crimen capitali, prætextu quod crimen fuerit verè perpetrat. f. 320. n. 869. Excusaretur tamen, si accusaret in causa levi. n. 870. Minorenus accusans non excusaret etatis imprudentiam, nec restituēretur. n. 871.

Vafallus non privaretur feudo, utens Interdictio. Unde vi. etiamvis non fuisset armata. f. cod. n. 872. Neque judicans justè contra dominum in causa criminali. n. 873.

Ut Vafallus ob secretorum revelationem feudo privetur, non sufficit per imprudentiam excidisse.

sed requiritur dolus & animus nocendi , etiam si
damnum actus fecerunt non facit. f. 321. n. 874.

Vafallus privatut feudo , negando feudum , e-
tiam extrajudicitaliter. f. eod. n. 875. Idem dicen-
dum si neget instrumentum feudale , vel dixerit
fraudulenter : *Nescio.* n. 876.

Ut Vafallus privetur feudo proper uxoris do-
mini violationem , sufficit fusse attentatam. Idem
videtur dicendum de ceteris personis enumeratis
in textu. f. 322. n. 877.

Non excusatetur , etiam si dicta persona sponte
consenserit. n. 880.

Vafallus privatut feudo , oppugnans arcem vel
Castrum sibi cum domino commune. f. 323. num.
881. Ut privetur ob deteriorationem , debet de-
terioratio feudi spectare perpetuum feudi dam-
num. n. 882. Etiam si feudum eset emptiuim , ad-
huc deterioratio sufficeret , f. 324. n. 883. Imo suf-
ficeret deterioratio in una parte non facile separa-
bili in toto reliquo. eod.

Alienatione illicite facta ita committitur feu-
dum , ut nec tempore recuperatione excusetur
Vafallus : nec requiritur , ut Dominus declarat ,
vel vello ut feudum in commissum ceciderit , sicut
requiritur in *Emphyteusi*. f. 324. n. 884. & f. 327.
n. 894. & seqq.

Uno fratre Dominum in prælio fortiter defen-
dente , non juvatur fugiens , quominus feudo pri-
vetur. f. 324. n. 885.

Vafallus etiam tunc dicitur non facere Domino
justitiam , si evocatus ad expeririendum de jure suo
non compareat in judicio. f. 325. n. 886.

Si ex feudo solvendus est Canon , ave loco ser-
vitorum personalium , sive alio pacto adacto , non
est Vafallus privandus feudo non solvitum de-
bitum centum. eod. n. 887. & seqq.

Vafallus alienans feudum cum clausula: *Salvo
jure domini*: intelligendu: sub conditione: si do-
minus consentiat : non privaretur feudo. f. 326.
n. 892.

Ad amittendum feudum per alienationem , suffi-
cet , si per clausulam constituti Vafallus posside-
ret nomine alterius. f. eod. n. 893. & seqq.

Crime laesa Majestatis amittitur quidem feu-
dum , sed salvo jure Domini: & ideo vivente Va-
fallo manebit feudum apud Fictum , si omnia illius
bona confiscantur , eo vero mortuo , agnati suc-
cedent in feudo paterno , in feudo novodescenden-
tes , vel in his deficientibus dominis. f. 328. n.
896. ubi tamen vide distinctionem.

Domini habentes plenam administrationem
suum bonorum , polunt delictum remittere in
suum prejudicium , non tamen aliorum quorum
intererit . Poteat autem delictum remittere etiam
racite , v.g. per exactiōē servitorum , per no-
vam investitūram , per amicām & familiarem con-

versationem , indicativā animi nolentis , pœnam
caducitatis in fictam. f. eod. n. 897.

Regulariter feudum ipso jure non amittitur ,
sed opus est sententiā condemnatoriā. f. 328. n.
898. Excipitur 1. Si Vafallus feudum illicite aliena-
verit , ita ut quantum ad Vafallum ipso jure sit
aperitum domino : quantum ad emptorem , non
nisi per sententiam recuperari possit Rei vindica-
tione. f. 329. n. 899. Excipitur 2. Si Vafallus
cūmen laesa Majestatis in dominum committerit.
3. Si Principes vel Communitates contra
Ecclesia libertatem Statute faciant , feuda quæ ab
Ecclesia habent , ipso jure amittunt. eod. 4. Si
ita convenienter in constitutione feudi , ut ipso jure
feudo cadat. eod.

Fructus post feloniam ante sententiam condem-
natoriam perceptos , non tenetur Vafallus res-
tituer. f. 330. n. 901.

Si mortuo Vafallo nemo superest habens jus
succedendi , quia Vafallus erat ultimus familiae in
quo progenies deficit , feudum revertitur ad domi-
num. f. 331. n. 902.

Feudum apertum ex neglecta petitione Inve-
stiture revertitur aliquo modo ad dominum , sive
antiquum sive novum fuerit. f. eod. n. 905. ubi
declaratio videnda.

Feudum apertum ex exceptiōē alienatione
commisum , (exceptiōē alienatione) nullo casu ad de-
scendentēs Vafallii devolvitur , sive fit novum sive
antiquum. f. 332. n. 906.

Feudum novum indistincte revertitur ad domi-
num , sive delictum in dominum , sive in aliū sit
commissum. n. 907. In feudo antiquo distingue-
ndum est inter delictum commissum in dominum ,
& in aliis ; ut in priore casu non solum descendē-
ntes , sed etiam agnati exclaudantur ad domi-
num ad quem devolvitur : in posteriori devolvuntur ad
agnatos , exclusi descendēntes. eod. Probable
tamen est , feudum ex culpa contra dominum
commisum ad dominum ejusque hæredes solum
tandem pertinere , quamdui Vafallus delinqüens
ejusque descendēntes superest , hisque mortuis
ad agnatos reverti. f. 332. n. 908.

Feudum non hæreditarium non infertur Fisco ,
quando ob delictum bona Vafallii confiscantur , sed
revertitur ad dominum vel agnatos , secundum re-
gulas traditas. f. 333. n. 909.

Feudo per delictum in alios commissum a perso
non est agnatis excepta mors Vafallii , mulē
minū filiorum. Devolvitur autem , non ut olim
ad remotos in quarto gradu , sed ad proximos.
cod.

Feudum novum sine confessu domini aliena-
tur , revertitur irrevo: litter ad dominum & hæ-
redes illius. f. eod. n. 910.

Feudum hæreditarium , quamvis antiquum , illi-
citate alienatum , revertitur etiam ad dominum. eod.

Feudum

Feudum ex pacto & Providentia antiquum ob

alienationem commissum , revertitur quidem ad
dominum , & apud eum manet , quamdui alienans
vixerit , & ex descendēntibus aliquis Superfuerit ,
his tamen deficientibus , ad proximos laterales re-
vertitur. f. eod. n. 911.

Subinfeudatus in Seniore delinqüens , ante-
quam feudo privari possit , à Subinfeudante com-
pellendus est , ut Seniori latifaciat , & reconci-
lietur. Si pareat , feudum non amittit : si minis ,
feudum ad Subinfeudantem devolvetur : si verò
Senior exigente non fuit compulsus , feudum ab
utroque auferetur , & addominum revertetur. fol.
314. n. 912.

Ut constet , ad quem spectent fructus naturales
percipiendi post mortem Vafallii intra fiduciā anni
partem , impēcto textu , si Vafallus moriatur
uno ex his mensibus : Septembre , Octobre , No-
vembre , Decembre , Januario , Februario , fructus
illius anni (qui numeratur a Calendis Septembri
usque ad easdem exclusive) ad dominum vel agnatos
quibus aperitur , pertinent : si verò in uno ex
reliquis , ad hæredes Vafallii . f. 335. n. 913. & seqq.
ubi vide magis practicam declarationem ex Fachin-
eo.

Quoad fructus Civiles , ut sunt pensiones , ex-
spectandum est tempus cessionis : nam si jam ces-
serint tempore mortis Vafallii , pertinebunt ad
ipsius hæredes : si non cesserint , pertinebunt ad
cum , cui feudum apertum est. fol. 336. n. 917.

Quando feudum ex culpa aperitur , omnes fru-
ctus pendentes tempore sententiæ late , nulla ha-
bita ratione alterius temporis , unā cum re feudali
ad dominum vel agnatos (secundum regulas tra-
ditas) pertinent. fol. 337. n. 918.

Amisso feudo per culpam , devolvitur unā cū me-
lioribus ordinarijs ad Dominum vel Agnatos .
Quodsi fine culpa , tunc penes dominū est electio
ut eas vel permitat auferri , vel impensas meliora-
tionis refundat : & interim potest feudo incumbere
& se necesse exceptione doli vafallus adversus
dominum aut hæredes. fol. 337. n. 919.

Si Vafallus prescribat per errorem facti partem
aliqua ultra fines feudi dati , & quā vafallus , putans
pertinere ad feundum , pars prescripta etiam ad do-
minum devolvitur , lecus si ut extraneus , & ex
alio titulo. f. eod. n. 920.

Si Vafallus accepit Castrum in feudum sine Ju-
risdictione , deinde suā operā acquisivit in eodē Ca-
stro Jurisdiccionem , extincto jure feudi non rever-
titur Jurisdiccionē unā cum Castro ad dominum. fol.
338. n. 922.

Probabilis est , theorice loendo , feudo ex
culpa amisso dominum revertari meliorationes
extra fiduciarias , quas ex lege conventionis feu-
dius vafallus non tenebatur facere. fol. eod. num.
923.

Ad vindicandum feudum sufficit , si dominus
fidejubendo caveat de solvendis meliorationibus
non liquidis , ubi fuerint liquidati sumptus facti.
fol. 339. n. 925. Non est autem estimatio fa-
cienda secundū valorem praesentem ; sed secundū
quantitatē expensarum , si hæc minorē
sit valore n. 927.

Ex quibus causis seu delictis Vafallus feudum
amittit , ex iisdem à domino communis dominus
privatur proprietate. fol. 340. n. 928. & seq. ubi
causa specificatur . Arctius tamen obligatur Vaf-
allus Dominō quā econtra , cujus moderatam
Judicis arbitrio relinquitur. eod.

Cum Dominus delinqüit , Dominum directum
acquiritur Vafallo , non successori domini in alijs
bonis. fol. 340. n. 930. Si Vafallus delinqūat in
Subvafallum , iste eximitur à servitute imme-
diati domini delinqüentis , & iussius filiis , ag-
natis , his deficientibus Dominō Superiori appli-
catur. fol. 341. n. 931.

Si feudum sit Ecclesiasticum , & Pralatus offens-
dat Vafallum , Ecclesia non amittit proprietatem
feudi quod tamen est effundendum ad alios
Superiores , ut Regem. fol. eod. n. 932.

Per consolidationē etiam amittit Dominus
proprietatem , eam cedendo Vafallo , vel si iste
preferat. fol. 342. n. 933. Non amittit tamen
dominus proprietatem feudi inconsulto domino
alienati , & per 30. annos possessi. n. 934.

Feudalium canarum Judicium.

Quando feudum est promissum seu debitum ,
sed needum per investitūram traditum , convenit
Vafallo actio personalis , diversa pro diversitate
negotij , aut tituli quo debetur. fol. 342. n. 935. ubi
exempla.

Facta Investitura abusiva , si Dominus recusat
tradere possessionem , competit actio ex morib⁹ , &
à tempore more fructus adjudicantur Vafallus , neq;
integrum est domino liberare se praestando inter-
esse , sicut liberetur , si præcisè teneretur ex stipu-
latione . Transit hæc actio ad Vafallii hæredes
masculos contra dominū & ejus hæredes . Non trans-
fit tamen contra successorem personaliter Ecclesiastica .
Pralati , nisi unā cum Capitulo abusivē investit⁹.
fol. 343. num. 936.

Re feudali evictā , datur Vafallo actio de evictione
ad hoc ut dominus aliud det feudum ejusdem boni-
tatis & estimationis , cuius erat alterum evictum
tempore rei judicata , siquidem necavit Vafallus
eis rem alienam . Si vero scivit , foliū habet actionem
de evictione , si hæc in stipulationem deducta
fuit. fol. eod. n. 937.

Contra dominum feloniam committentem ,
competit Vafallo actio ex Jure Civili , nempe con-
dictio ex lege , quā petit se declarari immunem ab
obsequio , & proprietatem ad se pertinere . Et
quia est penalis , non transit ad hæredes , nisi lite
contestata

contestata. fol. 344. n. 938. Competet etiam Interdictum: *Nisi possideris, item: Interdictum Unde vi-*
nus. 939.

Si feudi possessio post realem investitaram ad alium, etiam si dominus esset, pervenit, competit Vafallo utilis rei vindicatio. Si tertius possebat, potest etiam Dominus vindicare, sed in concerto prefertur Vafallus. fol. 344. n. 940.

Vafallus volens litigare, non tenetur monere dominum, & iste debet Judicium ratum habere, sive Vafallus obtineat, sive succumbat. fol. 345. n. 941. Actio transfit ad successores in feudo, non ad ha- redes quia tales. n. 942.

Dominio adversus Vafallum servitia negantem competit Conditio causa data, causa non secura, ad repetendum feudum. fol. cod. n. 943. Extenditur a DD. etiam ad alia delicta. cod. Si dominus nolit revocare feudum, sed urgere servitia, competit actio *Prescriptis verbis*, vel si aliis contractis inter- venit, habet actionem inde descendenteum. cod.

Vafallo non agente (cum posset) contra extra- num Rei vindicatione, potest agere dominus. fol. 345. n. 944.

Feudo illicitè alienato, competit etiam domino ad illud revocandum Conditio ex lege. cod.

Contra extranum impedientem Vafallum ab obsequijs praefandis, non competenter domino Interdicta possessoria, sed actio injuriarum. f. 346. n. 945.

Agnati adversus dominum negantem investi- turam, agere possunt ad privationem proprietatis, vel, si malum officio Judicis cogere ad investi- dum. Adversus alium ex alienatione possidentem agere possunt conditione ex lege, vel si dominum acquiruerint rei vindicatione. f. 346. n. 946. Durat adversus extranum 30. annis, adversus temo- riorum agnatum uno solim anno. cod.

Si lis incidat inter feminam descendenteum & agnatos, femina prætendens esse allodium, est in possessione tuenda interim. fol. 346. n. 947.

Si successor in feudo est simul heres ab intestato, feendum etiam veniet in Petitionem hæreditatis. fol. cod. n. 948.

Si de feudo aut re ad feudum pertinente lis est inter Convafallos, habentes eundem dominum, Judex competens est ipse dominus per se & regulariter loquendo. Quæ regula observatur etiam quando Vafallus conventus est Clericus, & Do- minus Judex Laicus. fol. 347. n. 949.

Posset contra Dominum Judicium excipere Va- fallus, si forte invitus ad actus fuit ad investendum. fol. 348. n. 950.

Non possunt Vafalli invito domino Judicium protogare. cod. cum ejus tamen consensu, etiam tacito, possunt: imo probabiliter possunt eo in- vito compromittere in arbitrium. n. 951.

In controversia inter Duces, Comites, Batones

&c. Rex vel Imperator Judex erit. fol. cod. n. 942. ubi vide exemplum. Subinfedorum Judex crit Subinfedans: cod.

Si dominus ex malitia non facit officium suum, potest actor adire Judicem ordinarium, imo agere ad privationem proprietatis. fol. cod. n. 953.

Sinus litigantium neget se esse Vafallum, adeun- dus est Judex ordinarius: qui si comperier esse Va- fallum, remittet causam ad dominum. cod.

Si Causa aliquo modo contingat Dominum ipsum, judicabunt Pares Curia. fol. 349. n. 954.

Litigante Vafallo cum domino de feudo, Judices sunt Pares Curia jurati ad electi. Ex- citiput Summus Pontifex non habens Superiori- em, qui presumitur iuste judicaturus etiam in propria causa. fol. cod. n. 956. ubi causas ponitur.

Si dominus neget litigantem esse Vafallum, probabilis videtur, judicium pertinere ad Ju- dicem Ordinarium. fol. 350. n. 957.

Non licet coram Paribus Curia reconvenire actorem in causa non feudali. fol. 351. n. 958. & fol. 353. n. 966.

Pares Curia ut sint apti Judices, debent in co- dem territorio cum litigante esse constituti. fol. 351. n. 958. Non est tamen necesse, ut Pares Curia habeant feuda ejusdem qualitatis & dignitatis cura- fuisse litigioso. cod. An novum Juramentum debent præstare, vel sufficiere. Juramentum fideli- tatis, dubium est. n. 959. Si litigantes malitie ab aliquibus, quam ab omnibus judicari, prior eligit dominus, posterior Vafallus in eodem numero. Quodsi unus nolit eligere, cognitio ad totam Cu- riam spectabit, quoque haberi potest. cod. Si Judicium toti Curia deferatur, due Tertia saltē debent convenire: si facta est electio, uno defi- ciente aliis est substituendus. n. 960. Ut valeat sententia, suffici si major pars consentiat. cod. Si Pares recusent Judicium, possunt cogi. fol. 352. n. 961. Possunt Pares Curia item alteri delegare, sed delegatus non potest subdelegare. cod. Con- vocandi sunt pares sumptibus litigantium. cod. Si nulli sint Pares, judicium spectat ad Ordinarium. n. 962.

Non solum quando lis est circa proprietatem, sed etiam quando circa possessionem inter Vafallos, judicium ad Dominum spectat. fol. 352. n. 963.

Circa locum Judicij, solent Pares cum partibus convenire, vel observare consuetudinem, vel lo- cum eligere. cod.

Si non possunt habeti alij testes, quam ipsi Pares, adeundus est Judex ordinarius. cod.

Si licebit omni vel Vafallo cum extraneo circa rem feudalem: ordinarius Judex adeundus est. fol. 353. n. 964.

In causis feudalibus & in feodi & in terris & mo- dus, ut in Processo & Judicio de jure communi, exceptis illis, quæ in Jure feudali sunt specialiter constituta. fol. 353. n. 965.

Vafallo cum domino contendente, neutri est pra- standum, juramentum calumniæ, etiam si Vafallus Juramentum fidelitatis nunquam præstisset. fol. cod. n. 966. Prastrandum tamen est, quando Va- fallus cum Vafallo contendit. cod.

Citatio debet esse tripla, distincta, justis con- stans intervallis pro Judicis arbitrio, plerumque septem vel decem dierum spatio. fol. 353. n. 967.

In testes plerumque sunt adhibendi pares curia, qui ab eodem domino feuda tenent. fol. 344. n. 968.

Excipitur 1. Si pates nulli sint, vel recusent esse testes, vel non fuerint presentes. 2. Si agatur de veteri investitura probatione. 3. Si agatur de investitura à Clerico qua tali facta. nam & tunc extranei admittuntur. f. 354. n. 969.

Si quis ex partibus desistit esse Vafallus, nihilominus in testem adhiberi potest. cod. Quando lis est de Investitura, sufficiunt duo testes: si lis est de feudi amissione ex culpâ, quinque testes requiriuntur. Investitura probatur etiam, testibus defi- cientibus, per Breve testatum à duobus vel tribus testibus subscriptum. f. 355. n. 970.

Deficientibus his probacionibus potest defensio fieri per Jusurandum, seu purgacionem Cano- nicam, & in feudi tunc adhibetur, quando du- bitatur de investitura, an facta sit necne, vel de qualitate feudi. actore non probante, reus non hocipso absolvitur, sed ad juramentum deve- nitur. fol. cod. n. 971. Hoc juramentum vel defen- tur à parte, vel à Judice. Quando defertur à parte, incumbit necessitas vel jurandi vel juramen- tum referendi. n. 972, ubi solemnitas hujus juramenti describitur.

In controversia de Servitijs non præstisit jurat Vafallus, agente domino, se præstisit, cum uno vel duobus convafallicis. f. 356. n. 973. Regulat- ilita pars jurat, que feudum litigiosum possidet, si insuper pro se argumentum habet. cod. Modus his probandi per juramentum, ab aula recessit. n. 974.

Antiquis moribus erat in usu defensio per Du- lum seu singulare certamen, se Monachiam. cod. ubi ejus forma, modus & ordo describitur.

Præsumptione etiam quandoque probatur Actio- ris intentio. Nam quando dubium est, an bona sine alodium vel feudala præsumatur alodium. Item in dubio præsumatur paternum, proprium &c. fol. 357. n. 976.

Ex pluribus Investiture exhibitis, antiquior est preferenda. fol. cod. n. 977.

Si in aliquo Jus Canonico & Civilis discordant, in terris Imperij secundum Jus Civilis, in terris Ecclie secundum Jus Canonico iudicatur, nisi jus Civilis esset à Jure Canonico correctum. fol. cod. n. 978.

Sententia: contra Vafallum possessor la- non nocet agnatis, nisi fuerint citati, vel litis ha- buerint notitiam. fol. 358. n. 979. & seq.

In causis feudalibus appellatio fit à subinfe- stande ad Superiorem Dominum, ceteroque ad ordinarium Judicem Rei. fol. cod. n. 981.

Executione sententia spectat ad ipsum Judicem feudalem, si habet potentiam exequendi: si min- nus, Ordinarius requirendus, & monendus est. fol. cod. n. 982.

Tomo 4.

Feudum non potest à Vafallo hypotheca subjec- si. fol. 290. n. 999. de Opignoratione feudi plura suprà tomo 3. fol. 301.

Fideicommissum. Fideicommissarius.

Tomo 1.

Monasterium capax Successionis, excludit in Fi- deicommisso Substitutum sub condicione: Si hæres sine liberis deceperit, & hæres profiteatur. f. 304. nu. 31. Nisi causa pia est substituta, nam tunc post mortem naturalem Professi est huic restituendum fideicommissum. 32. Si extraneo substituto, sine adjectione conditionis, in futurus profiteatur, sub- stitus non excluditur à Monasterio. 33. Condi- tio adjecta: si Professus fuerit, haberetur pro non adjecta in favorem Monasterij, & substitutus ex- cluderetur. 35.

Tomo 2.

In fideicommissis, etiam deficientibus solemnitatibus, statut fidei hereditis, vel ejus qui solvere aut restituere debet, qui, si delata juramento fa- teatur eam suffic defuncti voluntatem, solvere compellitur: si jurate renuat, pro confessio ha- betur. f. 9. n. 37. Hoc ipsum etiam ad legata ab hæreda agnita extenditur. n. 38. Procedit etiam in foro conscientia, fideicommissario vel legato- rario non exigente. n. 39.

Plura vide. *Substitutio fideicommissaria.*

Fideicommissum particulare quomodo sit æqui- patrum Legatis, vide, *Legatum.*

Fideicommissa quomodo subjaceant Trebellianica, vide *Trebellianica.*

Restituta hereditatis onus Legatorum spectat ad fideicommissarium. f. 262. n. 410.

Si pars hereditatis legitur, v.g. sextans, tale legatum sapit potius naturam fideicommissi, quatenus onera hereditaria pro parte transiunt in legatarium. f. 263. n. 417.

Fidejussio. Fidejussor.

Tomo 1.

Fidejussori sole illa Exceptions principali com- petentes conceduntur, quæ aliquo modo rei cohæ- rent, ut exceptio paci convenienti, rei judicatae, dolii mali, metus, jurisurandi &c. non autem beneficium cessionis bonorum. f. 157. n. 452.

Tomo 3.

Fidejussor accedens contractui Pupilli sine Tu- toris auctoritate, evadit debitor principalis, quia non supponit in pupillo obligationem naturalem. Unde quando in Jure dicitur, fidejussore non obligari, principaliter naturaliter non obligari, intelligendum est, regulariter, & secluso speciali favore

favore juris; nec ad obligandum fidejussorem aliud requiritur, quam quod pupillus fuerit naturaliter obligatus, nisi speciali juris privilegio munus eius est. f. 36. n. 208. & seqq.

Fidejussor strictè acceptus, est: qui interroganti alterius creditori promittit se solutum quod aliis debet, salvo manente debito principali. f. 92. n. 81. ubi vide differentiam à Fidejussoribus propriis, ut est Sponfor, Expressor, Constitutor, Mandator.

Fidejussor potest vel præcedere, vel comitari, vel subequi conventionem & obligationem principali. Si præcedat, resolvitur in conditionalem. f. 93. n. 82.

Mulier quoque possit fidejubere, vide, *Vellejanum Senatus consultum*.

Milites fidejubere non permittuntur, & si fidejussent, privilegio militari solvuntur, nisi in rem suam fidejussent. Quod ante nomen militare datum fidejussent, praetextu militie supervenientis non liberantur. f. 93. n. 83.

Clericus non potest fidejubere in præjudicium Ecclesiæ cuius bona administrat; & que alienare non potest, bene tamen in præjudicium proprium bonorum. f. cod. n. 84.

Si Religiosus absque licentia Praelati & majoris partis Capituli fidejussit, vel mutuum accepit, Monasterium non obligatur, nisi quatenus in eius utilitate verum est. In re modica potest Praelatus fidejubere absque Capitulo consenserit expresso, oī consernum tacitum. In Religionibus non habentibus Capitula, sufficit facultas ejus, qui juxta statuta & privilegia Religionis potest ad fideturum facultatem dare. cod.

Pupillus sine Tutoris auctoritate non potest fidejussit, cum ejus tamen auctoritate potest. f. 94. n. 85. Idem de Minore cum proportione dicendum est. Posset tamen minor sine Curatoris auctoritate validè fidejubere in illis casibus, in quibus lege Pietatis aut Charitatis obligatur proximo per talen fidejussionem subvenire. cod.

Servi per se loquendo non possunt fidejubere nisi ratione peculij si quod habent à domino. f. 94. n. 86. Ex filijam. fidejussione pater sine discrimine obligari de peculio. cod.

Fidejussor quā talis, nec in diuiriō causam, nec in maiorem quantitatem obligatur, quam Principalis, in minorem potest obligari. Supponit enim fidejussor obligationem principalem, faltem fictione juris. Tamen etiam obligari potest quam Principalis. f. 95. n. 87.

Potest quidem Fidejussor juramento se obligare ad plus quam obligatio Principalis, sed non confirmabitur obligatio fidejussionis in ratione contractus, sed ratione excessi obligatur tanquam Principalis. Hinc potest fidejussor obligari cum hypotheca, item ad penam, etiamsi Principalis non obligatur tali modo. f. 96. n. 89. & seqq.

Non valeret Fidejussor, si Principalis se obligaret ad rem certam determinatæ, v.g. ad triticum, fidejussor vero ad pecuniam, quia effet ad rem diversam: sed valeret, si Principalis se obligaret disjunctivè ad triticum vel ad pecuniam, & fidejussor ad pecuniam. fol. 97. n. 91. & seqq.

Si fidejussor se obligaret ad maiorem quantitatem, quam sit obligatio Principalis, fidejussor non est simpliciter nulla, sed tenet quoad summam debiti Principalis. fol. 98. n. 94.

Si fidejussor se obligaret ad minorem quantitatem, tenetur etiam ad illas obligationes, quas principali ex mora incurrit, v.g. ad usuras. fol. 99. num. 95.

Si per moram Principalis debitoris paret res, quae sub obligatione est, tunc sicut principalis non obligatur, sed ad estimationem tenetur, ita & fidejussor. cod.

Fidejussor non tenetur ad solvendas usuras, aliarum accessiones, vel ad penam à principali adjectam, nisi in omnem eventum fidejussionis, vel alterius expressissim. fol. 99. n. 96.

Potest aliquando fidejussor obligari, principali nullo modo realiter obligato, sed tantum fictione juris, & tunc fidejussor est ripa principalis debitor. fol. 100. n. 97.

Potest dari Fidejussor fidejussoris, vocaturque Fidejussor Indemnitatis: quo casu immediatus fidejussor est respectu fidejussoris à se datu instar Principalis, & hochaber notabilem effectum in beneficiis divisionis. cod.

Si Principalis obligatur ad penam pecuniariam ex delicto vel quasi, potest accedere fidejussor. Si vero obligatio est ad penam fanguinis, vel alterius gravioris coercitionis, ut exilio, ad tritemes, ad cordam &c. potest ex probabili sententiâ à Jure admitti fidejussor, qui obligetur ad factum sustinendi, vel interesse, quod ejus vice praefetur. f. cod. n. 98.

Debitore non solvente, potest creditor convenerire fidejussorem vel Conditione certi ex stipulatione, vel actione ex stipulati. f. 101. n. 99.

Si Creditor non solum fidejussoram, sed etiam pignoratitiam cautionem accepit, & fidejussoria non præcisæ in defectum pignoris accepta est, habet optionem, an velut omisso pignore, fidejussorem convenire, spectato Jure Digeftorum & Codicis. cod. Qui solum in subdicio pignoris fidejussor, pignore fortuò perente non liberatur. cod. Sic ut conventio fidejussoris non liberat pignora, ita nec pignorum perfeccio fidejussorem. Unde etiam pignora vendita essent, & non sufficerent, sicut fidejussor in residuum conveniens posset. cod.

Fidejussor potest in variis omnibus Exceptionibus realibus, quibus ipse Principalis debitor, i.e. Rei judicata, transactionis, non numerata pecunia &c. f. 102. num. 100. Exceptiones personæ

verò quæ in favorem speciale personæ sunt concessæ, non comperant fidejussori, nisi Jura speciales indulgent. cod. ubi vide exempla.

f.

Fidejussor postquam conventus solvit, si fidejussor principali consciente, habet adversus hunc actionem mandati, quæ repetit, quidquid solvit, vel debitorem alio modo libertavit: Repetit etiam expensas, daminum & intercessu. Si vero pro ignorantia fidejussor, habet actionem negotiorum gestorum. fol. 102. n. 101. Darentur hæc actions fidejussori exhibent instrumenta facta solutionis, & creditore fatente, etiam si soluto facta non esset. fol. 103. n. 102. Item darentur, si incisus de bitorem folviter, solviter. cod.

Non datur tamen actio illi, qui fidejussit pro pupillo, prodigo, furioso, sine auctoritate Tutoris obligato. cod.

Non datur actio illi, qui per ignorantiam Juri opposere exceptionem peremptoriæ: non obesse tamen omisso Exceptionis procuratrix, vel competenti soli fidejussori & non debitori, nec etiam si omisit exceptionem soli debitori & non fidejussori competentem, sibi præjudicat. Monendus tamen est debitor, ut ipse judicium suscipiat. fol. 104. n. 103.

Non datur actio illi, qui per ignorantiam Tutoris intercesserunt rem pupilli salvare fore, si pupillus eos conveniat. cod. Conceditur etiam Fidejussoribus indemnitas, & universim ad Correos promittendi extenditur. cod.

Si facta divisione unus deficit esse solvendo, pecuniam spectat ad creditorem, si purè fidejussit, si sub conditione, etiam purificata conditione conveniunt potest in solidum alter, qui purè fidejussit. fol. 107. n. 110. Negatur tamen hæc exceptio Confidejussoribus, qui pro uno Tutori intercesserunt rem pupilli salvare fore, si pupillus eos conveniat. cod.

Si dubium est, an aliqui sint solvendo, potest cogi creditor, ut fidejussorem dubium conveniat periculo fidejussoris non dubij, præstitum tamen cautione. cod.

Cessantibus prædictis beneficijs adhuc succurrunt fidejussori beneficio *Cedendarum actionum*, tam adversus debitorem principalem, quam ceteros fidejussores, ut non possit prius cogi ad solvendum, quam creditor illi cedat actions suas non tantum personales, sed etiam reales, & hypothecarias, quas habet adversus principalem & fidejussores; & exhibere tenetur instrumentum obligacionis principalis: teneturque ad hanc cessionem, etiam si fidejussor non conventus sponte offerat solutionem, & petat cessionem. fol. 108. n. 111. Petenda est autem hæc cessio, vel ante solutionem, vel in continentia. fol. 109. n. 112. Si creditor sibi cessionem impossibilem reddidisset, possit eum petentem solutionem fidejussor removere. n. 113. Fidejussor potest actiones cedulas cedere alteri fidejussori. cod.

Obligatio fidejussoris transit ad hæredes. fol. cod. 114.

Fidejussor liberatur, si creditor & principalis debitor faciant Novationem, nisi de novo fidejubetur. cod.

Si fidejussor fiat hæres debitoris principalis, remaneat obligatio principalis. cod.

Prorogato termino solutionis debitori principalis, non liberatur fidejussor, quia non est novatio. cod.